



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthvsiani, Natione Bavari, Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

**Landsberg, Johannes Justus**

**Coloniae Agrippinae, 1630**

Sensuum externorum refrenatio ac disciplina quam fit necessaria ad cordis puritatem, quantaq[ue] mala adferat eorum lasciua. Cap. XVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45857](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-45857)

VI  
16

*Sensuum externorum refrenatio ac disciplina quam sit necessaria ad cordis puritatem: quantaque mala adferat eorum lasciuia.*

## CAPVT XVIII.

**V**irum sanctum decet modestia, grauitas ac disciplina tam morum quam sensuum: Vnde sanctus Tobias commendatur, quod nil puerile gesserit in opere suo, & Sara Rachuelis filia, quod ludentibus se non miscuerit, gloriatur. Vbiunque enim dissolutio inuenitur, ibi haud esse creditur deuotio. Leuitas namque & iocandi consuetudo, rixæ sunt deuotionis, idè cauendæ.

Sensuum  
morumque  
disciplina  
quam sit ne-  
cessaria.  
Tob. 4.  
Tob. 5.

Quicquid non videris, id minus cogiras. Concupiscentia sequitur sensum, indeq. irritatur. Quæ non vides, quæ nescis non concupiscis. Scito igitur mundum te cor seruare haud posse, sensibus freno disciplinæ solutis. Si pacem cordis & charitatem ad proximum voueris seruare, necesse est vt oculos contineas. Quare enim irasceris nunc hinc, nunc illi, irreligiôsè se habenti, nisi quia oculos tuos non custodis: Irascere tibi, quia tibi ipsi vt turberis causa es: vt pote absque disciplina, & oculorum continentia viuens. Sensus tui ostia sunt cordis tui. Quicquid cogitare non vis, non recipias per ostia. Seruatur claufas porras, ne intret quòd paulò post haud valeas eijcere. Ingressus reflectorium, noli hinc inde lustrare quid mensæ appositum sit, sed ad orationem animam tuam para. Porro si aliquem videris ex fratribus scrutantem, quid in scutella habeatur, &c. ante benedicite, noli tu illi irasci, sed magis tibi irascere, quia non custodis oculos tuos. Ille enim te non lædit, sed incontinentia oculorum, immortificatioque cordis tui te lædit. Vide igitur vter sit melior. Alius scrutatur de cibo, tu de illius moribus iudicas. Tene igitur oculos tuos, & noli iudicare.

Cordis mû-  
dicam &  
pacem absq;  
oculorum  
custodia ser-  
uari non  
posse.

*Lingua quare, quantoque studio sit frenanda, quanta item mala effrenis locutio adferat.*

## CAPVT XIX.

**V**ir perfectus vti non deberet lingua sua, nisi ad honorem Dei & vtilitatem proximi. Hoc modo beatissima virgo Maria, & non aliter vtetur lingua sua. Tu igitur illius exemplo & amore, non loqueris, vbi tacere potes. Loqui sit tibi in necessitate, filere in desiderio. Cùm enim loqui etiam licuerit, eiusmodi tamen silentium tu seruabis, cuiusmodi conscientiosi quidam tempore seruant silentij, videlicet, vt pauca tantum & necessaria verba loquantur, eademque, cum timore, ne ad silentij fractionem excedat, pronuntient. Hoc modo tu quoque omni tempore pauca tantum & necessaria loquaris, eaq. cum timore & vigilantia, ne excedas. Non respondeas plus quam necesse fuerit, seruata tamen semper discretionem & serenitatem. In vultu serenitas semper relucent, vt quasi subrideas dulciter, & in corde seruetur pax erga proximum, ne cuiquam tuum huiusmodi fiat silentium onerosum aut singulari.

Lingua quo-  
modo ad ho-  
norem Dei  
vri debeat.